Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

que auditis et audistis Ceci uident: claudi ambu
lant. lepsi mundant. surdi audiunt. mortui resur
gunt. pauperes euangelizantur. et bts ē qui non
fuerit scandalizatus in me. Illis autē abeuntibus:
cepit ihs dicere ad turbas de iohe. Quid existis in deser
tum uidere? Harundinē uento agitatam? Sed quid
existis uidere? Hominē mollibus uestitum? Ecce qui mol
libus uestiuntur: in domibus regum sunt. Sed quid
existis uidere? Prophetam? Etiam dico uobis: et plus quam
prophetam. Hic ē enim de quo scriptum est. Ecce mitto an
gelum meum ante faciem tuam: qui preparabit
uiam tuam ante te. Fer. iiij. Lectio esaie prophete
In diebus illis Dixit esaias propheta. Erit in nouissimis
diebus preparatus mons domus dni in uertice montium.
et eleuabit super colles. et fluent ad eum omnes gentes:
et ibunt populi multi et dicent. Venite ascendamus
ad montē dni et ad domum dei iacob: et docebit
nos uias suas et ambulabimus in semitis eius
quia de syon exibit lex: et uerbum dni de hierusalem. Et iudica
bit gentes: et arguet populos multos. et conflabunt
gladios suos et lanceas suas in falces. Non leuabit
gens contra gentem gladium: nec exercebuntur ultra
ad prelium. Domus iacob: uenite et ambulemus
in lumine domini dei nri. Lectio esaye prophete

in uomere